



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

iii. De mutuis petitionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De mutuis petitionibus.

re porrigitor. si quæ pecunia petetur: etiam cur ea debeat, exprimitor. ni hoc factum erit, reus respondere ne tenetor.

2. *Significanti-
cantibus.* Sin quæ res immobilis petetur, eaque ab eo qui plures possessiones habebit; olli, vt res, qua de quæstio vertetur, ostendatur, postulare licet. si iudex denegasset, & exceptionem non admittet: prouocatio esto.

1. *Ignarus* Siue quis alicui reclamabit, siue quid postulabit, suam reclamationem libelli serie declarato. eam sua manu roboratam iudici porrigito, tunc ipsi respondetor.

De mutuis Petitionibus. Tit. 4.

1. *Ex lite-
ru.* **S**I C ab actore proposito libello, de iis quæ aduersus ipsum proponentur reus respondetor. hoc iuris ordo exigit. Si tamen qui conuenitur tunc ex actore iusticiam postulabit exhiberi: etsi quæstionis actoris delegatus iudex erit, ipsius actione proposita & respõsione facta reo incontinenti super suis quæstionibus responde- to. post vicissim rationes partium audiuntor. concordia vel iudicio vtriusque negocium terminator.

2. *Prudẽ-
tiam.* Actoris enim & rei eadem conditio esto. vno eodẽmq; iure ambo censentor. sicut actor iuxta mandatoris rescriptum adpellatione remota iusticiam sibi exhiberi postulabit, sic reconueniẽti in sua iusticia respondetor.